in primo misit ¶ Sed burkhardus foris
turbam audiens nimis cum adveniret doluit
quod tam securus et liber abiit querelasque
inaudite rei episcopo mandat Et ecce ekkeha
rdo equoso diacono pro decano et burkardo
puero pro abbate consobrinis comitatus
duellium pergens item augie rudmannum
ut condixerant alloquitur Inter colloquia versutus
ille artibus suis abusus imparem non invenit
Nam festinantem ne serus femine severe
adveniret equo decoro donat Quem ille
parte comitatus cum premitteret paulisper
inter verba leticie et familiares astucie iocus
sociolus tardat Tandemque cum inter amplexus
et oscula dimitteret subplantator ille ho
spiti suo in aure fortunate ait qui tam
pulchram discipulam docere habes grammaticam
Adque is qui ceteros assensu subridens talia
in aure adversario reddit amico Sic et tu
sancte domini kotelindam monialem pulchram
discipulam caram docuisti quidem dialecticam
Dicto quoque citius cum ille nescio quid resibilare
vellet abeo divertens equo ascenso indignatus
abiit At otkerus frater et miles abbatis cum
motum sensisset Illum equum domine mi ut mihi
videtur perniciosus perdidisti ¶ Fratres autem
quos diximus duo illi sic ab ipsis audivimus
cum missionem peterent inclinati aversus
ab illis ait frater Utinam magister per illum celeres
quem equum illum nobilem mihi reducat mittere
velles Et ille Enimvero ait illa petit ille cum
suis nunc faciam ut cuiquam meorum
quippiam illius tangere iubere non presumam
Sic illi duo equis ascensis per magistrum
modeste preierant Ascendentes autem
montem apparuerunt duci advesperas
eunti Quibus salutatis nam turbam
rudmanni iam procul audivit Enimvero
ait ut audio magister mihi non procomodus late
rnifer fuisti lupo illi aliunde caulas
intranti Cumque ille quidem subrisisset Ha
dewige illa ait vitam sic enim iurare sole
bat si imperitorum aliquis claustri illius
invasori grades infregisset non ego casse
¶ Altera deinde die cum diluculo ut ibi solebat
silencium regule cuius et ipsa exactrix
erat sollicita de more persolvisset Natia
monasterium in monte statuere ceperat magistrum
lectura adiit Et cum sedisset adque puer
ille venit ipso astante intercessum quesivit
Propter grecismum ille ait domina mihi ut
arbore vero aliquis rapet alias sciolum vobis
illum attuli Puer autem ipse pulcher aspectu
metro cum esset paratissimus sic intulit

Esse velim grecus cum sim vix domna latinus
Inquo illa sic novarum rerum cupida adeo
est delectata ut ad se tractum osculata scabe
llo pedum proximus locaret Aquo ut repeti
nos sibi adhuc versus faceret curiosa exeg
erat Puer vero magistros ambos intuitus quasi
talis osculi insuetus hec intulit Non possum
prorsus dignos componere versus Nam nimis
expavi ducem me libante suavi Illa vero
extra solitam severitatem in cachinnos versa
tandem puerum coram se statuit et eum
antiphonam maria et flumina Quam ipsa
in grecum transtulit canere docuit ita Tha
lassi kepotami eulogiton kirion ymnite
pigonton kirion alleluia Crebroque illum
postea cum vacasset ad se vocatum repetitis
abeo versibus exactis grecissare docuit et
unice dilexit Tandem quoque abeunte Oratio
et quibusdam aliis quos hodie armarium nostrum
habet donavit libris ¶ At ekkehardus
minor ille interea ad pueros adalios ut so
lebat quosdam ducis capellanos quos illa
nullomodo inertes sua ocia tenere est passa
erudiendos secesserat nam et ipse erat ydonee
litteratus remanserat solito soli ad legendum
illi Virgilius erat in manibus sed et locus ille
Timeo danaos et dona ferentes Eorum
huic ekkehardus ait commode heri ego domna
mihi memoratum habui Et ad ei quomodo
se abbas augiam invitatum equo honorabi
li donavit versutis tamen sermonibus inter dona
non abstinuit insinuasset Ultima tamen
utrimque in aures susurria celavisset
velle ait illa oremus illam que nuperrime inter vos
accidit a principio audire tragediam quos
si eam vere quidem audierim ignoro Miror
est me imperii vicaria tam prope assidente
duo mei ducatus monasteria me equidem
secreta tanta misausse infortunia Eni
vero nisi consiliarii dissuaserint ubi reatum
invenero iuste vindicare habeo Et ille
Infidum est ait serena mihi ut ego quidem qui
retro aliacoris per cucullatum per maxima
fui accusative tibi quoniam quia aliter non
potero post pacis oscula dicam Quamvis
enim me illi heri in multis ut ipsa hominem
nosti cum et dona steterint clam stimulavit
meum tamen nequaquam est tanta virorum parta
pace scandere cum et ego propter hoc non
omittam quin paci prius ipse quidem vult
cum illo assentiam Placuit mulieri ratio
et rectissimum magistri Colloquium tamen
publicum postea principibus et palatiis regiminis
causis walervis villa edixit Illuc quoque

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 200r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/vad/0070/200r)